Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXIV. De Nepote & ejus schismate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

ſtolam ſcribens, poſtquàm, de Imp. Decii & ſucceſſorum illius improbitate diſſeruit, pacis quæ viguit principatu Gallieni, mentionem facit.

Caput XXIII.

De Imperio Gallieni.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 21.

SEd ipſa ejus verba ſatius fuerit audire, quæ ſic habent: Et ille quidem cum Imperatorum ſuorum alterum prodidiſſet, alteri bellum intuliſſet, brevi cum univerſa familia ſtirpitùs interiit. Gallienus verò renuntiatus & communi omnium conſenſu approbatus eſt: vetus ſimul Imperator ac novus; prior illis, ac poſt illos etiam ſuperſtes: juxta id quod dictum eſt Iſaïæ Prophetæ: Quæ à principio fuere ecce venerunt: & nova ſunt quæ nunc orientur. Nam quemadmodum nubes Solis radios ſubiens, ejus ſplendorem brevi tempore obſcurat, inque ejus locum ſubſtituta conſpicitur: eâ deinde prætergreſsâ aut liquefactâ, Sol qui anteà ortus fuerat, rurſum quaſi novus exoriri videtur: Ita Macrianus qui ſeipſum præpoſuerat & ad ipſum Gallieni Imperium proximè admoverat; ipſe quidem jam non eſt, quippe qui nec antea erat: Gallienus verò ſui ſimilis idemque qui priùs manet. Ipſe denique Principatus, velut ſenectute depoſita, & priſtinæ improbitatis ſordibus repurgatus, nunc florentiùs viget: & longiùs cernitur atque auditur, & quocumque diffunditur. Deinde tempus ipſum quo hæc ſcribebat, deſignat his verbis: Ac mihi rurſus Imperatoris noſtri annos contemplari ſubit. Video enim impiiſſimos illos qui adeò celebres olim extiterunt, brevi poſteà obſcuriſſimos evaſiſſe. Religioſiſſimus verò Deique amantiſſimus Imperator ſeptennalem circulum jam emenſus, nonum Imperii annum degit, quo nos feſta celebraturi ſumus.

Caput XXIV.

De Nepote & ejus ſchiſmate.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 21.

AD hæc duos libros de promiſſionibus compoſuit. Cauſam ſcribendi præbuit Nepos quidam, epiſcopus Ægypti: qui promiſſiones ſanctis hominibus factas in divinis Voluminibus, Judaïco ſenſu exhibendas docebat, & neſcio quod mille annorum ſpatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore

A ἀλλὰ περὶ τῆς Δεκίου καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν διεξελ-
θὼν κακοτροπίας, τῆς κατὰ τὸν Γαλλιῆνον εἰρή-
νης ὑπομιμνήσκεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ.

Περὶ τῆς Γαλλιήνου βασιλείας.

ΟΥδὲν δὲ οἷον, τὸ καὶ τούτων ὧδέ πως ἐχόν-
των ἀκοῦσαι. ἐκεῖνος μὲν οὖν τῶν
ἑαυτοῦ βασιλέων τὸν μὲν προέμενος, τῷ δ᾽ ἐπι-
θέμενος, πανγενῆ ταχέως καὶ πρόρριζος
ἐξηφανίσθη· ἀνεδείχθη δὲ καὶ συνανωμολο-
B γήθη παρὰ πάντων ὁ Γαλλιῆνος. παλαιὸς ἅ-
μα βασιλεὺς καὶ νέος· πρῶτος ὢν καὶ μετ᾽ ἐκεί-
νους παρών. κατὰ γὰρ τὸ ῥηθὲν πρὸς τὸν Προφή-
την Ἠσαΐαν. τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι. καὶ και-
νὰ ἃ νῦν ἀνατελεῖ. ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλια-
κὰς ἀκτῖνας ὑποδραμὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπη-
λυγάσαν, ἐσκίασεν αὐτὸν καὶ ἀντ᾽ αὐτοῦ προε-
φάνη. εἶτα παρελθόντος ἢ διαλυθέντος τοῦ
νέφους, ἐξεφάνη πάλιν ἐπανατείλας ὁ ἥ-
λιος ὁ προανατείλας. οὕτω προστὰς καὶ προσ-
C πελάσας ἑαυτὸν ὁ Μακριανὸς τῆς ἐφεστώ-
σης Γαλλιήνου βασιλείας, ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ
μηδὲ ἦν· ὁ δέ ἐστιν ὁμοίως ὥσπερ ἦν. καὶ ὥσπερ
ἀποθεμένη τὸ γῆρας ἡ βασιλεία. καὶ τὴν
προοῦσαν ἀνακαθηραμένη κακίαν, ἀκμαιό-
τερον νῦν ἐπανθεῖ. καὶ πορρώτερον ὁρᾶται
καὶ ἀκούεται, καὶ διαφοιτᾷ πανταχοῦ. εἶτα
ἑξῆς καὶ τὸν χρόνον καθ᾽ ὃν ταῦτ᾽ ἔγραφε, διὰ
τούτων σημαίνει. καί μοι πάλιν τὰς ἡμέρας
τῶν βασιλικῶν ἐτῶν ἔπεισι σκοπεῖν. ὁρῶ γὰρ
ὀνομασθέντες μὲν οἱ ἀσεβέστατοι, μετ᾽ οὐ πολὺ
γεγόνασιν ἀνώνυμοι· ὁ δὲ ὁσιώτερος καὶ φι-
λοθεώτερος ὑπερβὰς τὴν ἑπταετηρίδα, νῦν
D ἐνιαυτὸν ἔνατον διανύει, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἑορτά-
σωμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ.

Περὶ Νέπωτος καὶ τοῦ κατ᾽ αὐτὸν σχίσματος.

ΕΠὶ τούτοις ἅπασι σπουδάζεται αὐτῷ καὶ τὰ
περὶ ἐπαγγελιῶν δύο συγγράμματα. ἡ
δ᾽ ὑπόθεσις αὐτῷ, Νέπως ἦν Ἐπίσκοπος τῶν
κατ᾽ Αἴγυπτον. Ἰουδαϊκώτερον τὰς ἐπηγγελμέ-
νας τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐπαγ-
γελίας ἀποδοθήσεσθαι διδάσκων, καί τινα χι-
λιάδα ἐτῶν τρυφῆς σωματικῆς ἐπὶ τῆς ξη-

ταύτης ἔσεσθαι ὑποτιθέμενος. δόξας γοῦν ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου τὴν ἰδίαν κρατύνειν ὑπόληψιν. ἔλεγχον Ἀλληγοριστῶν λόγον τινὰ περὶ τούτου συντάξας ἐπέγραψε. πρὸς ὃν ὁ Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ ἐπαγγελιῶν ἐνίσταται. διὰ μὲν τοῦ προτέρου, τὴν αὐτοῦ γνώμην ἣν εἶχε περὶ τοῦ δόγματος παραθέμενος. διὰ δὲ τοῦ δευτέρου, περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου διαλαμβάνων· ἔνθα τοῦ Νέπωτος κατὰ τὴν ἀρχὴν μνημονεύσας, ταῦτα περὶ αὐτοῦ γράφει. ἐπεὶ δὲ σύνταγμά τι προκομίζουσι Νέπωτος, ᾧ λίαν ἐπερείδονται ὡς ἀναντιρρήτως ἀποδεικνύντι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν ἐπὶ γῆς ἔσεσθαι. ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς. καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. καὶ πάνυ δι' αἰδοῦς ἄγω τὸν ἄνθρωπον ταύτῃ μᾶλλον, ᾗ προανεπαύσατο. ἀλλὰ φίλη γὰρ καὶ προτιμωτάτη πάντων ἡ ἀλήθεια· ἐπαινεῖν τε χρὴ καὶ συναινεῖν ἀφθόνως, εἴ τι ὀρθῶς λέγοιτο· ἐξετάζειν δὲ καὶ διευθύνειν εἴ τι μὴ φαίνοιτο ὑγιῶς ἀναγεγραμμένον. καὶ πρὸς μὲν παρόντα καὶ ψιλῷ λόγῳ δογματίζοντα, αὐτάρκης ἦν ἂν ἡ ἄγραφος ὁμιλία, δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως πείθουσα καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· γραφῆς δὲ ἐκκειμένης, ὡς δοκεῖ τισι, πιθανωτάτης. καί τινων διδασκάλων τὸν μὲν νόμον καὶ τοὺς Προφήτας τὸ μηδὲν ἡγουμένων. καὶ τοῖς Εὐαγγελίοις ἕπεσθαι παρέντων. καὶ τὰς τῶν Ἀποστόλων ἐπιστολὰς ἐκφαυλισάντων· τὴν δὲ τοῦ συγγράμματος τούτου διδασκαλίαν ὡς μέγα δή τι καὶ κεκρυμμένον μυστήριον κατεπαγγελλομένων, καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἀδελφοὺς ἡμῶν οὐδὲν ἐώντων ὑψηλὸν καὶ μεγαλεῖον φρονεῖν, οὔτε περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀληθῶς ἐνθέου τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπιφανείας, οὔτε τῆς ἡμετέρας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπισυναγωγῆς καὶ ὁμοιώσεως. ἀλλὰ μικρὰ καὶ θνητὰ καὶ οἷα τὰ νῦν ἐλπίζειν ἀναπειθόντων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὡς πρὸς παρόντα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν διαλεχθῆναι Νέπωτα. τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων. ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσενοΐτῃ γενόμενος, ἔνθα (ὡς οἶδας)

A affirmabat. Cumque ex Joannis Revelatione opinionem ſuam ſtabilire ſe poſſe exiſtimaret, librum quem de hac quæſtione compoſuerat, confutationem Allegoriſtarum inſcripſit. Hunc ergo Dionyſius in libris de promiſſionibus acriter impugnat. Et in priore quidem libro ſuam ipſius ſententiam de hac quæſtione proponit. In ſecundo autem libro de Joannis Revelatione diſputans, in ipſo ſtatim exordio Nepotis mentionem facit his verbis: Sed quoniam librum quendam proferunt Nepotis, quo quidem magnoperè nituntur, B quaſi in eo certiſſimis argumentis demonſtratum ſit, Regnum Chriſti in terris futurum, in plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cùm propter fidem tùm ob diligentiam & ſtudium Scripturarum; Poſtremò ob Pſalmorum cantus multiplices, quibus pleriq; ex fratribus etiamnum magnoperè delectantur. Magnoq; honore ac reverentia hominem proſequor, vel ob id maximè quòd ex hac vita migravit. Sed veritatem magis diligo, cunctiſque præferendam cenſeo. Etenim ea quidem quæ rectè dicta ſunt, abſq; invidia C laudare ac probare debemus. Si quid verò ſecius ſcriptum eſt, id examinari à nobis & corrigi decet. Quòd ſi ipſe præſens adeſſet, & opinionem ſuam viva voce promulgaret, ſufficeret fortaſſe ſimplex abſq; ſcripto colloquium, quo per interrogationes ac reſponſiones convincerentur adverſarii & in priſtinam concordiam revocarentur. Verum cum in publicum editus ſit liber, iſque ut nonnullis videtur ad perſuadendum aptiſſimus: & cum quidam Doctores legem quidem ac Prophetas nihili faciant; Evangelia ſequi negligant; A- D poſtolorum epiſtolas contemnant: hujus verò libri doctrinam quaſi magnum aliquod & arcanum ſacramentum vendítent; & ſimpliciores quoſdam ex fratribus noſtris nihil ſublime atq; magnificum, nec de glorioſo prorſuſq; divino adventu Domini noſtri, nec de reſurrectione noſtra, noſtriq; ad Chriſtum aggregatione & adſimilatione ſentire patiantur; ſed levia quędam ac mortalia, & qualia nunc homines ſperare ſolent in Regno Dei cogitare jubeant: neceſſe eſt ut adverſus fratrem meum Nepotem quaſi præſentem, diſputationem inſtituā. Paucis deinde interpoſitis hæc ſubjungit: Cum eſſem, inquit, in Arſinoïtica præfectura, in qua jampridem, ut noſti,

A increbruit hæc opinio, adeo ut ſchiſmata & integrarum eccleſiarum defectiones fierent; convocatis Presbyteris ac Doctoribus qui per ſingulos vicos fratribus prædicabant, præſentibus item fratribus qui adeſſe voluerant, hortatus ſum illos ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum tanquam ſcutum quoddam murúmque inexpugnabilem mihi oppoſuiſſent, tres continuos dies à prima luce uſque ad veſperam cum ipſis ſedens, quæcumque in eo libro ſcripta erant, diſcutere aggreſſus ſum. Tum verò fratrum conſtantiam, & ardentiſſimum cognoſcendæ veritatis ſtudium, & docilitatem atque intelligentiam magno- B perè ſum admiratus. Adeò moderatè & ordine interrogationes rationéſque dubitandi, & aſſenſiones à nobis fiebant. Ac ſtudioſè quidem cavebamus, ne ea quæ ſemel nobis placuiſſent, tametſi falſa eſſe deprehenderentur, pertinaciter defenderemus: nec aliorum objectiones ſubterfugiebamus. Sed quoad fieri poterat, ad ea de quibus inſtituta erat diſputatio eniti, eaque ſtabilire conabamur: ſin autem rationibus convicti eſſemus, non pudebat nos C mutare ſententiam, & aliis aſſentiri. Quin potius cum bona animi conſcientia, abſque ulla ſimulatione, expanſis ad Deum cordibus, quæcunque certiſſimis argumentis & auctoritate ſacræ Scripturæ confirmata eſſent, ſuſcipiebamus. Tandem denique Coracio qui hujus doctrinæ auctor & ſignifer fuerat, audientibus cunctis qui aderant fratribus, pollicitus nobis & conteſtatus eſt, ſe inpoſterum hanc opinionem amplexurum non eſſe, nec de ea diſputaturum, nec locuturum, nec populo prædicaturum; quippe qui argumentis oppoſitis ſatis ſuperque convi- D ctus fuiſſet. Fratribus autem qui aderant, hæc diſputatio & omnium inter ſe reconciliatio atque conſenſio non mediocrem attulit voluptatem.

πρὸ πολλοῦ τοῦτο ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα, ὡς ... χίσματα καὶ ἀποστασίας ὅλων ἐκκλησιῶν ... γονέναι. συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν, παρόντων καὶ τῶν βουλομένων ἀδελφῶν, δημοσίᾳ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τοῦ λόγου προετρεψάμην. καὶ τοῦτό μοι προσαγαγόντων τὸ βιβλίον ὡς τι ὅπλον καὶ τεῖχος ἀκαταμάχητον, συγκαθεσθεὶς αὐτοῖς τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας, διευθύνειν ἐπειράθην τὰ γεγραμμένα. ἔνθα καὶ τὸ εὐσταθὲς καὶ τὸ φιλάληθες, καὶ τὸ εὐπαρακολούθητον καὶ συνετὸν ὑπερηγάσθην τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἐν τάξει καὶ μετ' ἐπιεικείας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀπορήσεις καὶ τὰς συγκαταθέσεις ἐποιούμεθα. τὸ μὲν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ φιλονείκως τῶν ἅπαξ δοξάντων περιέχεσθαι, εἰ καὶ φαίνοιτο ὀρθῶς ἔχοντα, παραιτησάμενοι. μήτε δὲ τὰς ἀντιλογίας ὑποστελλόμενοι. ἀλλ' ἐς ὅσον οἷόν τε τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν καὶ κρατύνειν αὐτὰ πειρώμενοι. μήτε εἰ λόγος αἱρεῖ, μεταπείθεσθαι καὶ συνομολογεῖν αἰδούμενοι. ἀλλ' εὐσυνειδήτως καὶ ἀνυποκρίτως, καὶ ταῖς καρδίαις πρὸς τὸν Θεὸν ἡπλωμέναις, τὰ ταῖς ἀποδείξεσι καὶ διδασκαλίαις τῶν ἁγίων γραφῶν συνιστανόμενα καταδεχόμενοι. καὶ τέλος ὁ τῆς διδαχῆς ταύτης ἀρχηγὸς καὶ εἰσηγητὴς, ὁ καλούμενος Κορακίων, ἐν ἐπηκόῳ πάντων τῶν παρόντων ἀδελφῶν ὡμολόγησε καὶ διεμαρτύρατο ἡμῖν, μηκέτι τούτῳ προσέξειν, μηδὲ διαλέξεσθαι περὶ τούτου. μὴ δὲ μεμνῆσθαι, μηδὲ διδάξειν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἀντιλεχθέντων ᾑρημένος· τῶν τε ἄλλων ἀδελφῶν οἱ παρόντες ἔχαιρον ἐπὶ τῇ κοινολογίᾳ καὶ τῇ πρὸς πάντας συγκαταβάσει καὶ συνδιαθέσει.

Caput XXV.

De Ioannis Apocalypſi.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 22. 23.

Deinde aliquanto pòſt de Revelatione Joannis ita ſcribit: Nonnulli quidem ex iis qui nos præceſſerunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt; ſingula ejus capita refellentes, eumque abſque ullo ſenſu & ratiocinatione ſcriptum eſſe monſtrantes. Adhęc

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ.

Περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως.

Εἶθ' ἑξῆς ὑποβὰς περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ταῦτά φησι. Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντη τὸ βιβλίον. καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες, ἄγνωστόν τε καὶ ἀσυλλόγιστον ἀποφαίνοντες.